UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Donationibus causa mortis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX IX.

Donationes. Donatio facta in liberos, non reuocatur, niſi ex cauſa ingratitudinis, hoc dicit.

LEX X.

* **Generaliter.** * [a] Donatio reuocatur ex
a cauſis hac lege iſertis. Sꝫ ſi non reuocat donatoꝛ, eius heres reuocare non poteſt, hoc dicit.

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶ Generaliter. An valeat pactum q̃d non poſſit reuocari donatio pretextu ingratitudinis, vide Iaſ. in l. fi. verſi. ex iſta. doc. Bal. C. de pac.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Generaliter. Aduerte, q̃ ſi debitoꝛ ex cã donationis fuerit liberatus, licet propter ingratitudinẽ poſſit reuocari in priſtinam obligationẽ, nunquã tñ inducitur obligatio pignoꝛum vel hypothece. tex. eſt in l. j. §. cũ venditoꝛ. ff. quibus mod. pig. vel hypo. ſoluit. Limita iſtã l. in dote data per patrem filie, que non põt propter ingratitudinem reuocari. per tex. in l. fi. ꝙ ibi ponderat Bal. ſ. de dot. promiſ. Nunquid autem huic legi poſſit renuntiari, ponit Bal. in c. cũ inter. de elec. ꝛ Roma. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. ꝛ ibi Alex.

De donationib. cau. mor. Rub. LVII.

LEX I.

Si donatione. Donatario cauſa moꝛtis põt per fideicommiſſum ſubſtitui. hoc dicit. De hoc plene in l. j. ꝛ ij. eod. tit. ff. ꝛ ibi per Dy. ꝛ ibi dixi.

LEX II.

Inteſtata. Poteſt mulier cauſa moꝛtis donando facere alium ſtipulari dotem ſuã ſalua Falcidia, ſeu legitima, que liberis eius debetur. h. d.

LEX IIII.

Cum de moꝛtis. Donatio cã moꝛtis accedit vltime voluntati, ꝛ inſinuatione non eget, ſi quinqꝫ teſtes legitime interueniant. h. d. Per iſtam legem puto coꝛrectam, l. donatio. ſ. de dona. que videtur requirere quod in donatione cauſa moꝛtis fiat inſinuatio.

BARTOLVS

Ad Nonum Lib. Cod.

Qui accuſare non poſſunt. Rubr. I.

¶ Gloſſ. ponit que perſone non poſſunt accuſare, quam vide, ꝛ nota ꝛ ſigna.

LEX I.

Prius eſt. Quando duo crimina intentantur, quoꝛum vnum eſt preiudiciale ad aliud, ſuper grauioꝛi proce-
a ditur [a]. hoc dicit. Secundum vnam lectur. innuit quod ſententia lata in vno iudicio, parat preiudicium in alio. Contra. ff. de publi. iud. l. is qui reus. Solu. Huius timoꝛe ſunt plures lect. Tu tene hic quintam lect. que eſt Azonis, vt hic. Iſta duo iudicia erant inuicem preiudicialia, ꝛ in l. contraria ſecus. Iſtam materiam examina plene vt ibi dixi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Proceditur. Et nota ad iſtum tex. quod illi qui accuſauerunt non poſſunt officium iudicis imploꝛare, vt procedatur ad inquiſitionem, ac ſi ipſi eſſent procuratoꝛes inquiſitionis. Ita dicit Bald. in l. j. C. ſi tutoꝛ non geſ. Item nota quod qui accuſare, non poſſunt, non poſſunt eſſe denunciatoꝛes. Ita inquit Barto. in l. diuus. ff. de cuſt. re. vbi vide de materia denunciationis.

LEX II.

1 ☞ Tutoꝛ poteſt ſemper accuſare tutoꝛio nomine.

Si cautiones. Si tutoꝛ ad vtilitatem pupilli, accuſat ſuo nomine debet ſe inſcribere. hoc dicit. Per hanc legem dicunt gloſſ. noſtri, ꝛ
aduocati communiter quod tutoꝛ vel curatoꝛ non poteſt alieno
nomine accuſare. Hoc intelligo verum, niſi in caſibus, in quibus,
ad proſequendum crimen admittitur procuratoꝛ, prout plene no.
in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procurato. Ego tamen puto,
1 † quod ſemper poſſit tutoꝛ [a] accuſare tutoꝛio nomine vt l. polla. ſ.
a de his quibus vt indi. ſed inſcribere ſe ad penam talionis, hoc nõ
poteſt tutoꝛio nomine, ꝛ hoc eſt, quod iſta lex dicit. Cautela tamen
2 eſt, † quod quando tutoꝛ accuſat aliquem, dicat in accuſatione,
talis tutoꝛ. nec adijciat, tutoꝛio nomine, nam tunc intelligeretur
eo modo quo poteſt, vt l. poſt moꝛtem. §. j. ff. quando ex fac. tut.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Poſſit tutoꝛ. Dic vt latius per Bar. in l. ij. ff. de accuſ.

LEX III.

a **Qui crimen.** [a] Accuſatio ſine inſcriptione, nõ admittitur, ꝛ accuſatoꝛ cõtumax extra oꝛdinẽ, ꝛ in expenſis punietur. h. d. Hic videtur eſſe caſus quod in criminalibus victus victoꝛi cõdemnatur in expenſis. Quod dic vt dixi vobis in l. non ignoꝛet. ſ. de fruct. ꝛ lit. expen. Item hic videtur caſus, quod in eadẽ inſtantia poſſit deduci ciuilis petitio ꝛ criminalis. nam hic vides, quia punitur extra oꝛdinẽ, iſtud eſt criminale. Item punitur in expenſis, ꝛ iſtud eſt iudicium ciuile. de hoc dicam vobis in l. ſi quis ad ſe fundum. ſ. ad l. Iul.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Qui crimen. Vide que dixi in l. accu. ff. de accuſat. poſt Barto. ꝛ adde caſum nota. in quo debet actoꝛ ſe inſcribere, ꝛ perſonam legitimare, ſecundum domi. Anton. in tit. de accuſ. ꝛ vide in l. fin. ſ. eod. Et adde quod in multis caſibus poſt moꝛtem quis poteſt accuſari. de quibus Inſtitu. de hered. que ab inteſt. §. per contrarium. quero an accuſatoꝛ moꝛtui debeat ſe inſcribere ad penã talionis ſicut accuſatoꝛ viui, vt in hac gloſſ. habes arg. ix. queſt. ij. c. ſane. §. ſi foꝛte. que apud aliquos eſt canonizata. ad §. per contrarium. qui tenet quod ſic. ꝛ alleg. Bald. hic.

LEX IIII.

Vxoꝛ tua. Mulier poteſt accuſare. ſi ſuã vel ſuoꝛum iniuriã proſequatur, niſi ſit alius, ad quem magis principaliter negotium pertinet. hoc dicit. cum l. ſeq. Nota quod dixi in ſummario.

LEX VI.

a **Accuſationem.** [a] Qui ſemel deſiſtit, non admittitur iterum ad accuſandum. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Accuſationem. Vide in ff. qui deſiſtit. ꝛ ibi Bart. ff. ad Turpil. an ille, qui deſiſtit a ciuili, poſſit criminaliter accuſari.

LEX VII.

Si ea. Qui tempoꝛe ſtatuto a iudice nõ accuſat, vel accuſationem non proſequitur, poſtea non
a auditur [a]. hoc dicit hec bona lex. Nota hanc l. quam plene examinaui, ꝛ dixi in l. Titia. ff. de accuſa.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Non auditur. Et adde eum in l. ij. ff. de re iudi. ꝛ in l. ij. de eden. ꝛ in l. edita. eod. tit. ꝛ in l. de die. qui ſatiſd. cogan.

LEX VIII.

Non prohibentur. Miles poteſt accuſare, ſi ſuam vel ſuoꝛum proſequatur iniuriam. hoc dicit.

LEX IX.

Non ignoꝛat. Non debet quis admitti vt talis, niſi prius probet ſe talem. hoc dicit. Tene menti hanc legem, ꝛ multum not. ad
1 infinita. Sepe † dicunt ſtatuta, quod ſi ciuis admittatur ad aliquod, ꝛ nõ alius ante omnia debet ſe probare eſſe talem. Tamen puto quod hec probatio fiat citata parte.

LEX X.

Si crimen. Etiam qui ſuoꝛum iniuriam perſequitur, ſe debet inſcribere. hoc dicit.

LEX XI.

Data opera. Incendiarij. l. Coꝛnelia de ſica. puniuntur. hoc dicit.

LEX XII.

De crimine. Qui regulariter accuſare nõ poteſt, ad accuſandum non admittitur niſi prius examinetur, an crimen, quod accuſat, ad caſus exceptuatos pertineat. hoc dicit.